

**A** & ipsis manus suas porrigentibus adiutrices, Et utrum credat, q̄ ex tali cōfessione uisitantes ecclesias ipsas & manus adiutrices eis porrigentes, h̄mōi indulgentias conferre possint. Item, utrum credat, quōd singuli episcopi suis subditis secundū limitatiōem sacrorū canonū, h̄mōi indulgentias concedere possint. Itē, utrum credat, afferat, licitum esse, sanctorū reliquias & imagines à Christi fidelibus uenerari. Item, utrum credat q̄ papa uel alius piatus proprijs nominibus papæ pro tpe excessis, uel ipsorum uicarij, possint suum subditum ecclesiasticum siue secularē propter inobedientiam siue contumaciam excommunicare, ita quod talis pro excommunicato sit habendus. Item, utrum credat q̄ inobedientia siue contumacia excommunicatorū ceteritate, praelati uel eorum uicarij in spiritualibus, habeant potestatem aggrauandi & reaggrauandi, interdictum ponendi, & brachiumulare inuocandi, & q̄ illis censuris per inferiores sitobediendum. Item, utrum credat q̄ papa uel alij praelati & eorum uicarij in spiritualibus, habeant potestatem sacerdotes & laicos inobedientes & contumaces excommunicandi, ab officio, beneficio, ingressu ecclesie & administratione ecclesiasticorum sacramentorū suspendendi. Item, utrum credat, quōd liceat psonis ecclesiasticis absq̄ peccato, huius mundi habere possessiones & bona tēporalia. Item, utrum credat, q̄ laicis ipsa ab eis auferre potestatem propria nō liceat, immo q̄ sic auferentes, tollentes & inuadentes bona ipsa ecclesiastica, sine tanq̄ sacrilegi puniendi, etiam si male uiuerent persone ecclesiasticæ bona h̄mōi possidentes. Item, utrum credat, q̄ h̄mōi ablatio & inuasio cuiuscūq̄ sacerdoti, etiam male uiuenti, temere uel uiolenter facta uel illata, inducant sacrilegium. Item, utrum credat, q̄ liceat laicis utriusq̄ sexus, uiris scilicet & mulieribus, libere prædicare uerbum dei. Item, utrum credat, q̄ singulis sacerdotibus libere liceat prædicare uerbum dei, ubicūq̄, quicūq̄, & quibuscūq̄ placuerit, etiam si non sint missi. Item, utrum credat, q̄ omnia peccata mortalia, & specialiter manifesta, sint publice corrigenda & extirpanda. Volumus insuper ac statuiimus & decernimus, q̄ si quis per secretam informationē per uos recipiendam, uel alijs repertus fuerit infamatus seu suspectus de quacūq̄ specie hæresis pestiferæ sectæ uel doctrinæ pestilentium Ioānis Wiclef, Ioānis Hufz & Hieronymi de Praga hæresiarum prædicatorū, aut de fouendo, receptando, defendendo præfatos damnatos homines, dum uiuerēt in humanis, uel ipsorum perfidos sequaces & pseudo discipulos, aut ipsorum erroribus credēdo, pro ipsis defunctis uel aliquo ipsorum post obitum orando, uel inter catholicos nominando & defendendo, uel ipsos ut sanctos colendo, prædicando uel adorando, uel alijs circa eos suspecte agendo, citetur per uos seu alterum uestrum, personaliter coram uobis seu altero uestrum compariturus, semotis procuratore & aduocato, responsurus medio iuramento per ipsum sic (ut prædictum est) corporaliter præstito de plena & mera ueritate dicenda super prædictis articulis seu eorū singulis uel alijs opportunis, secundum exigentiam casus & occurrentium circumstantiarum ad arbitrium uestrum, & prout uobis seu alteri uestrum uidebitur expedire, uel alijs contra eosdem & ipsorū singulos (prout præsentibus exprimitur, uel alijs) canonicè procedatis, necnon præfatas literas exclusis articulis & interrogatorijs supius positis atq̄ obmissis, in ciuitatibus, diocesis, terris & locis alijs, ubi tute fieri poterit, autoritate nostra solenniter publicetis, & publicari faciatis, ac omēs & singulos hæreticos huiusmodi, necnon sectatores ipsarum hæresum & errorum utriusq̄ sexus, uenentes & etiam defendentes eosdem, aut hæreticis ipsis quomodolibet publice uel occulte in diuinis uel alijs participantes, etiam si patriarchali, archiepiscopali, episcopali, regali, reginali, ducali aut alia quauis ecclesiastica uel mundana præfulgeant dignitate, necnon aduocatos & procuratores quoslibet, qui hæreticos huiusmodi aut eorum credentes, sequaces, fautores, defensores & receptatores super crimine hæresis aut crudelitatis, sequelæ fautoris defensionis & receptationis huiusmodi depulerint excommunicatos, singulis diebus dominicis & festiuis in præsentia populū nunciatis, & palios